

Saint Paul, *premier ermite et confesseur*

Mercredi 15 janvier 2025

○ 3ème classe

INTROÏT *Psaume 91, 13-14*

Iustus ut palma florébit : sicut cedrus Libani multiplicábitur : plantátus in domo Dómini : in átriis domus Dei nostri. **Ps. 91** Bonum est confitéri Dómino : et psállere nómini tuo, Altíssime. **V.** Glória Patri.

Le juste fleurira comme le palmier, il s'élèvera comme le cèdre du Liban, planté dans la maison du Seigneur, dans les parvis de la maison de notre Dieu. **Ps. 91** Il est bon de louer le Seigneur, et de chanter votre nom, ô Très-Haut. **V.** Gloire...

COLLECTE

Deus, qui nos beáti Pauli Confessóris tui ánnua solemnitate lætíficas : concéde propítius ; ut, cuius natalítia cólimus, étiam actiónes imitémur. Per Dóminum.

Ô Dieu, qui nous réjouissez chaque année par la solennité du bienheureux Paul, votre confesseur : puisque nous honorons sa naissance au ciel, accordez, dans votre bonté, que nous imitions aussi ses œuvres. Par...

Mémoire de saint Maur.

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Mauri Abbátis comméndet : ut, quod nostris méritis non valémus, eius patrocínio assequámur. Per Dóminum.

Que l'intercession du bienheureux abbé Maur nous recommande auprès de vous, Seigneur, afin que son patronage nous obtienne ce que nous ne pouvons acquérir par nos mérites. Par...

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Philippiens 3, 7-12*

Fratres : Quæ mihi fuérunt lucra, hæc arbitrátus sum propter Christum detriménta. Verúmtamen existimo ómnia detriméntum esse propter eminentem sciéntiam Iesu Christi, Dómini mei : propter quem ómnia detriméntum feci et arbítror ut stércora, ut Christum lucrifáciam, et invéniam in illo, non habens meam iustítiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Iesu : quæ ex Deo est iustítia in fide, ad cognoscéndum illum, et virtútem resurrectiónis eius, et societátem passiónum illius : configurátus morti eius : si quo modo occúrram ad resurrectiónem, quæ est ex mórtuis : non quod iam accéperim aut iam perféctus sim : sequor autem, si quo modo comprehéndam, in quo et comprehénsus sum a Christo Iesu.

GRADUEL *Psaume 91, 13-14.3*

Iustus ut palma florébit : sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini.
✠. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

ALLÉLUIA *Osée 14, 6*

Allélúia, allélúia. ✠. Iustus germinábit sicut lílium : et florébit in ætérnum ante Dóminum. Allélúia.

Frères, ce que je considérais jadis comme des gains, je n'y vois plus désormais que des pertes, à cause du Christ. Bien mieux encore, je ne vois plus en tout qu'une perte en comparaison de ce bien suprême : la connaissance de Jésus-Christ, mon Seigneur. Pour lui j'ai accepté de tout perdre : je n'y vois plus que des balayures. Je veux par là gagner le Christ et être trouvé en lui, non pas avec ma propre justice, celle qui vient de la Loi, mais avec celle que donne la foi au Christ Jésus, la justice qui vient de Dieu et qui s'appuie sur la foi. Je veux ainsi le connaître, lui et la puissance de sa résurrection, et participer à ses souffrances en lui devenant conforme dans sa mort, afin de parvenir, si possible, à la résurrection d'entre les morts. Oh ! je ne suis pas encore arrivé, je ne suis pas encore parfait ; mais je poursuis ma course pour tâcher de le saisir, puisque j'ai déjà été saisi par le Christ Jésus.

Le juste fleurira comme le palmier ; il s'élèvera comme le cèdre du Liban dans la maison du Seigneur. ✠. Pour annoncer le matin votre miséricorde et votre vérité pendant la nuit.

Allélúia, allélúia. ✠. Le juste germera comme le lis et il fleurira éternellement devant le Seigneur. Allélúia.

+ ÉVANGILE *selon saint Matthieu 11, 25-30*

In illo tēpore : Respōndens Iesus, dixit : Confíteor tibi, Pater, Dómine cæli et terræ, quia abscondísti hæc a sapiéntibus et prudentibus, et revelásti ea parvulis. Ita, Pater : quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádita sunt a Patre meo. Et nemo novit Fílium nisi Pater : neque Patrem quis novit nisi Fílius, et cui volúerit Fílius reveláre.

Veníte ad me, omnes, qui laborátis et onerátis estis, et ego reficiam vos. Tóllite iugum meum super vos, et díscite a me, quia mitis sum et húmilis corde : et inveniétis réquiem animábus vestris. Iugum enim meum suáve est et onus meum leve.

OFFERTOIRE *Psaume 20, 2-3*

In virtúte tua, Dómine, lætábitur iustus, et super salutáre tuum exsultábit veheménter : desidérium ánimæ eius tribuísti ei.

SECRÈTE

Laudis tibi, Dómine, hóstias immolámus in tuórum commemoratióne Sanctórum : quibus nos et præsentibus éxui malis confídimus et futúris. Per Dóminum.

Mémoire de saint Maur.

Sacris altáribus, Dómine, hóstias superpósitas sanctus Maurus Abbas, quæsumus, in salutem nobis proveníre depóscat. Per Dóminum.

COMMUNION *Psaume 63, 11*

En ce temps-là, Jésus prit la parole et dit : « Je te loue, Père, Seigneur du ciel et de la terre, car tu as caché ces choses aux sages et aux prudents, et tu les as révélées aux petits. Oui, Père, car tel a été ton bon plaisir. Toutes choses m'ont été données par mon Père. Nul ne connaît le Fils si ce n'est le Père, et nul ne connaît le Père si ce n'est le Fils, et celui à qui le Fils a voulu révéler.

« Venez à moi, vous tous qui êtes fatigués et ployez sous le fardeau, et je vous soulagerai. Prenez sur vous mon joug et recevez mes leçons, car je suis doux et humble de cœur ; et vous trouverez le repos pour vos âmes. Car mon joug est doux, et mon fardeau léger. »

Le juste se réjouira de votre force, Seigneur, et votre secours le remplira d'allégresse : vous lui avez accordé le désir de son âme.

Nous vous immolons, Seigneur, ces hosties de louange en mémoire de vos saints, par qui nous espérons être dégagés des maux présents et futurs. Par...

Nous vous en prions, Seigneur, que le saint abbé Maur nous obtienne que les hosties déposées sur votre saint autel nous procurent le salut. Par...

Lætábitur iustus in Dómino, et sperábit
in eo : et laudabúntur omnes recti
corde, allelúia, allelúia.

Le juste se réjouira dans le Seigneur et
il espérera en lui, et tous ceux qui ont
le cœur droit seront loués.

POSTCOMMUNION

R efécti cibo potúque cælésti, Deus
noster, te súppliques exorámus : ut, in
cuius hæc commemoratióne percépimus,
eius muniámur et précibus. Per Dóminum.

R estaurés par un aliment et une boisson
célestes, nous vous en supplions, ô
notre Dieu : que celui en mémoire duquel
nous les avons reçus nous protège de ses
prières. Par...

Mémoire de saint Maur.

P rótegat nos, Dómine, cum tui
perceptiÓne sacraménti beátus Maurus
Abbas, pro nobis intercedéndo : ut et
conversatiÓnis eius experiámur insígnia, et
intercessiÓnis percipiámus suffrágia. Per
Dóminum.

Q ue l'intercession du bienheureux abbé
Maur, unie à la réception de votre
sacrement, nous protège, Seigneur ; afin
que nous puissions imiter les exemples de
sa vie et ressentir les effets de son
intercession. Par...